

# **Universitätsbibliothek Wuppertal**

**Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti**

Evgraphi commentvm continens

**Donatus, Aelius**

**Lipsiae, 1908**

**Heautontimorumenos III**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1594](#)

uoluntatem, si fuerit forma mutata. ergo nisi prospectum antea fuerit, desertae et cum inopia in senectute uiuimus. uide sic purgatum quod male audire potuisset, non iniuste  
 393 malas esse meretrices. — **13** CVIVS MOS MAXIME EST CON-  
 SIMILIS VESTRV M his moribus se sociant uobis, qui habent 5  
 395 ipsi hunc morem et similem uoluntatem. — **15** VT NVM-  
 QVAM VILLA AMORI VESTRO INCIDERE POSSIT CALAMITAS ut  
 semper amor inter uos ualeat neque senectute aut ullo  
 396 morbo discidium possit existere. — **16** NESCIO QVIDEM  
*ALIAS ME SEMPER SCIO FECISSE SED VLO VT EX ILLIVS COM-* 10  
*MODO MEVM COMPAREM COMMODVM quid agam, uehementer*  
*ignoro: illud certum est mihi numquam <me> meum com-*  
 398 modum sine illius commodo comparasse. — **18** ERGO MEA  
*ANTIPHILA TV NVNC SOLA REDVCEM ME IN PATRIAM FACIS*  
*adulescens uenientem amicam intuetur et secum loquitur,* 15  
*quod eius amore factum sit, ut in patriam reuerteretur.* —  
 399 **19** NAM DVM ABS TE ABSVM cum enim abs te discessi,  
 uniuersos labores leues arbitratus sum excepto hoc, quod  
 401 te carebam. — **21** HOCINE ME MISERVUM NON LICERE MEO  
*MODO INGENIO FRVI si bonum ingenium, inquit, puellae* 20  
*habere me non sinit pater, ita hoc ingenio bono amicæ*  
*me <meo> modo frui non licere uehementer ingemisco.* —  
 402 **22** DIV ETIAM DVRSAS DABIT diu etiam durus hic existet.

### III.

#### 1.

410 **1** LVCESCIT HOC IAM CESSO PVLSARE OSTIVM VICINI  
 notandum ex hac scaena, quod in nulla alia comoedia 25  
 licet reperire, ut biduum tempus in comoedia sit: omnes

2 ante α | uiuimus in senectute *G* || 3 iuste *B'VS* || 4 mere-  
 trices esse *G* || 8 inter uos amor *FPVS* || 9 alias me quidem *F*  
 (= *Ter.*) || 12 me (*post meum*) add. *Lindenbr.* || 19 te] tui *G* ||  
 20 si *G*, sibi *rell.* || 21 me *G*, mihi (*add. ∵ PVS*) *Fα* || 22 meo  
 (*pro me*) *Lindenbr.* || 23 etiam *PS*, autem *rell.* | hic *F*, huc  
*rell.*; adhuc *Westerh.* || 26 reperiri *P²B'VS* | bidui *Schopen*  
*(recte? cf. infra)*

enim uno die actus suos explicant ex eo ipso, quod cuncta  
effici possunt, ut aut nuptiae celebrentur aut cognitio fiat  
expositi aut aliquid horum. at hic bidui rationem uersari  
intelligimus; ergo dixit 'lucescit hoc'. habet haec scaena  
allocutionem, in qua ostendit se properare, uti Menedemo 5  
nuntiet filium redisse, quamquam hoc nolit adulescens, cum  
415 patris sui nesciat uoluntatem. — 6 CVM ILLI PERICLI NIHIL  
EX INDICIO SIET NON FACIAM ut celem tam insperatum  
gaudium, cum ipsi adulescenti nihil periculi sit ex eo quod  
indicatur.

10

420      **11** AVT EGO PROFECTO INGENIO EGREGIE AD MISERIAS  
NATVS SVM haec scaena persuasionem habet, quemadmodum  
pater filium suscipiat et falli se per seruos sinat  
neque tanta facilitate utatur, ut corruptis filius moribus  
uiuat, si semel facilitatem erga se patris agno- 15  
uisset. tenebit ergo diuisiones, ut omnis deliberatiua, ab  
utili et ab honesto, simul et an fieri possit: quae omnia  
suo loco plenius explicabimus; nunc tantum ea, quae ob-  
scura sunt, dicemus.

427      **18** NVNTIVM ADPORTO TIBI CVIVS MAXIME TE FIERI 20  
PARTICIPEM CVPIS bene generaliter in nuntio uotum futu-  
rum esse promisit, ut animus cupidus probari possit, cum  
non aliud suspicatur quam quod in desiderio fuerat col-  
429 locatum. deinde subiungit **20** NVM QVIDNAM DE GNATO MEO  
430 AVDISTI CHREME. — **21** VALET ATQVE VIDIT temperauit 25  
primo nuntium, ut cresceret gaudium: nam primo 'ualet  
atque uiuit' inquit, quod utique diuersum esse manifestum  
est; nam ualemus, cum integra salute sumus, uiuimus,  
cum spiritum ducimus. — VBI NAM EST QVAESO parum  
credit gaudii, quod sibi salus filii nuntiatur. nunc de loco 30

1 quod Schopen: quo codd. || 4 haec habet G, habet FV ||  
6 nolit Lindenbr.: negligit codd.; nolle intelligit (adulescentem)  
Schoell || 9 cum F, non (nam B') rell. | fit B' || 12 quomodo G ||  
13 suscipiat F, -peret rell. || 14 tantum Fα | utatur F, -mur  
rell. | ut G, ne rell. || 16 tenet G || 17 ab om. G B' VS | simul et  
an W.: similiter codd. || 18 explicamus GP<sup>1</sup> | ea P, eadem rell.

quaerit ipse, quippe qui eius absentiam dolere uideatur. —

431 22 MEVS GNATVS cum iterum quod cupiebat senex audisset, tamquam parum credat, interrogationem repetit. denique percursis omnibus cum confirmationem nuntii audisset, perseverat gaudio minus credere. denique adiecit 5

432/36 23 DVC ME AD EVM OBSECRO. — 27 NON TV EI DIXISTI VT ESSEM non tu ei indicasti, quemadmodum nunc essem. —

437 28 QVIA PESSIME IN TE ATQVE ILLVM CONSVLIS hic iam incipit suasoria illa, quae animum patris componit, ut circa filium temperet lenitatem aut largitatem nimiam 10 aut parcitatem: 'utroque genere peccas, dum aut nimium largus es aut nimium parcus. ex hoc fit, ut in unum

443 malum ex diuersis moribus uenias'. — 34 PRIMVM OLIM QVAM PATERERE POTIVS FILIVM COMMEARE AD MVLIERCVLAM hoc tibi initium mali fuit, quod non filium permisisti ad 15 mulierculam commeare hanc primum, quae adhuc paulo uidebatur esse contenta, cui omnia grata esse potuerunt, quae filius faceret. at tu iniustitia tua adulescentem tuis sermonibus terruisti; exinde illa coacta necessitate <est.

446 et>enim hoc dixit 37 INGRATHIS COEPIT VICTVM VVLGO 20

448 QVAERERE. — 39 NVNC CVM SINE MAGNO INTERTRIMENTO NON POTEST HABERI unde modo sine magno damno haberi non potest. intertrimenta autem sunt, quae intus teren-

449 do damna perficiunt. — 40 QVIDVIS DARE CVPIS scio

450 enim: quodcumque desideras dare. — 41 QVAM EA NVNC 25 INSTRVCTA PVLCHRE AD PERNICIEM SIET uerum ut possis

1 queritur *codd.*, corr. *W.* | uidetur (*om. qui*) *G* || 2 iter  
 α || 3 repetit *G*, petit *rell.* || 4 percursis *G*, -cussis *rell.* | non  
 confirmationem *PVS* | nuntiasset audisse *codd.*, corr. *Lindenbr.* ||  
 5 gaudio *G*, -ium *rell.* | denique] ideoque *S<sup>2</sup>* (*edd.*) || 10 aut  
 uel *Schopen* || 12 aut (ut *P*) <ante a>nimum (-ium *F*) *F<sup>α</sup>* |  
 fit] sis (sit uel sis *PVS*) *ante* ex *GPVS* || 15 fuit mali *G* ||  
 16 hac (hoc *F*) primum que β, hocrimumque *P<sup>1</sup>*, hoc crimen  
 (est add. *B'*) quod *P<sup>2</sup>BV*, |||| quod *S* | adhuc] *huc B'VS<sup>1</sup>*,  
 tunc *S<sup>2</sup>* || 17 contentum *P<sup>2</sup>B'V* || 18 filius *Lindenbr.*: facilius  
*codd.* | tua <cum> *P*, cum *VS* || 19 terruisti sermonibus (*om.*  
*tuis*) *G* | est. etenim *W.* || 20 dixit hoc *G* | ingratis *FB'*,  
*om. G* | uictum <sibi> *F<sup>α</sup>* | *VVLGO om. B'VS* || 23 sunt et 24 dam-  
 na *om. G* || 25 desideras] uis *G*

intelligere, quemadmodum nunc illa meretrix instructa sit aduersus filium tuum et ad quam perniciem adducta. —

452 **43** ONERATAS VESTE ATQVE AVRO parum dixerat 'ancillas decem', quae res tantum *<in>* numero collocata uidebatur; adiecit 'oneratas ueste atque auro', ut pudori sit ancillas tales ita uestitas leui cibo pascere aut certe seruili. —

SATRAPES SI SIET AMATOR apud Babylonios satrapae appellantur ditissimi et satellites regum. — **48** PYTISSANDO MODO MIHI QVID VINI ABSVMPSIT omitto cetera, ex quibus 10 damna possis agnoscere: in una cena quae mihi contigerint, quantum uini absumpserit uide, dum pytissat! proprie autem pytissare dicitur quid gustare *<et>* quasi cum quadam probatione expuere. denique adiecit **49** SIC HOC DICENS ASPERVUM PATER HOC EST ALIVD LENIVS SODES 460 VIDE. — **51** RELEVI DOLLA OMNIA linire est contegere et 15 operire; contrarium est 'releui', quod est aperui. — OMNES SERIAS OMNIS SOLlicitos HABVI hoc est ebrios. significat enim 'sollicitos' in solo citatos, quod ebriis contingit, quibus non sunt firma uestigia, sed motu corporis citi 462 sunt. — **53** QVEM ASSIDVE EXEDENT quem cotidie come- 20 dent uel certe frequenter. — **54** ITA ME DI AMABVNT VT ME TVARVM MISERITVM EST MENEDEME FORTVNARVM in meo damno magis misericordiam pro te passus sum et pro 464 fortunis tuis. — **55** FACIAT QVOD LIBET indulgentissimus pater et qui uehementissime filium desiderabat et diligebat, 25 licet damna audisset, tamen omnia se dicit filio permit- 466 tere uelle, dummodo ipsum habeat in potestate. — **57** SI TIBI EST CERTVM SIC FACERE hic iam persuadet, ut illud

2 adducta *G*, adiecta (obi- *F*) *rell.* || 4 decem ancillas *G* | in add. *Lindenbr.* | uidebatur numero tantum *G* || 5 pudori *F*, -ris *rell.* || 7 sit *GP*, sicut *VS* | babilonios *codd.* || 9 assumpsit *FB'VS* || 10 cognoscere *G* (*recte?*) | contigerit *G*, -runt *rell.* || 12 et add. *Westerh.* || 15 *<at>* linire *G*, lenire *F*, breuire *PVS* | contigere *PVS*, -tingere *F*, obte(!) *G* | contra *F*, cūtrare *PVS* || 18 solo citatos *Lindenbr.*: sollicitatos *codd.* | contigit *GVS* || 21 *<bene>* ament *G* || 25 desiderabat filium *G* et *FB'*, om. *rell.* || 28 certum est *G*

quod supra dixi< t Menede> mus uelit adulescentis animo  
 ueluti nesciens dare, cum artibus serui inductus pecuniam  
 dat et luxuriam ministrat. denique ipsum consilium suum  
 470 quod sit proponit **61** FALLI TE SINAS TECNIS PER SER-  
 471 VVLVM. an fieri possit, adiungit **62** SVBSENSI ILLOS HOC 5  
 QVOQVE AGERE: ex eo enim, quod iam agunt et praepa-  
 474 rant, fieri potest. deinde ab utili adiungit **65** ET TIBI  
 PERDERE TALENTVM HOC PACTO SATIVS EST QVAM ILLO  
 MINAM melius est, ut <in>sciens plurimum perdas, quo-  
 tiens filius tollit, quam sciens minimum, cum ex hoc filius 10  
 quod licentiam agnouerit, iam eum libebit maiora com-  
 476 mittere. denique adiungit ab honesto **67** NON NVNC DE  
 PECVNIA AGITVR. ostendit honestum et utile declarauit.  
 denique perseverat circa id ipsum, ut dicat 'cum enim  
 intellexerit animum tuum, te prius uitam tuam prodi- 15  
 rum et omnem pecuniam quam abs te filium dimittas,  
 uide quam fenestram ad turpitudinem, ad luxuriam nequi-  
 tiamque patefeceris', hoc est quantam ianuam dederis  
 486 peccato. — **77** TV REM PERIRE ET IPSVM NON POTERIS PATI  
 statim tu interire bona et filium uiuere luxuriose et malis 20  
 487 operibus non patieris. — **78** IBIT ILLICO <AD> ILLVD sibi ueluti  
 remedium suscipiet, ut abiturum se esse minitetur, maxime  
 490 cum scit apud te se plurimum praeualere. — **81** VIDERE  
 VERVM ATQVE ITA VTI RES EST DICERE uidere mihi uerum  
 492 dicere et ita quemadmodum res est. — **83** DVM ID QVAERO 25  
 TIBI QVI FILIVM RESTITVEREM tota hac nocte somnum  
 oculis meis non cepi quaerens, quemadmodum filium red-

1 dixit Menedemus W. (*duce Schop.*) || 2 inductus Goetz: -tam  
 codd. || 3 <ad> luxuriam Lindenbr. | ministrat S. -et rell. || 4 tegnis  
 G, om. F || 6 iam om. G || 7 <non> potest G | adiunxit Fα ||  
 9 insciens Lindenbr. | <quam> quotiens (tot- P) codd. praeter B' ||  
 10 tollat G || 11 eum] cum G; ei Lindenbr. | maiora B'; ma-  
 tura (naturā G, innatura F) rell. | commutare G || 14 cum  
 enim] nam si semel G || 15 <ille> tuum animum prius prodi-  
 turum te tuam uitam G || 17 uide] hui F | quam (quantam post  
 fen- G) βB', om. rell. || 21 operibus] moribus F | non F, om. rell. |  
 patieris G, patis PVS, poteris pati FB'; hic desinit cod. B' ||  
 22 suscipere G | ut F, et G, om. α | minitabitur G || 23 ualere  
 G || 24 uidere — est om. G || 26 filium qui G

499 dam uicino, utrum nuntio solo an et consilio. — 90 VI-  
CINI NOSTRI HIC AMBIGVNT DE FINIBVS litem uicini de  
500 limitibus habent. — 91 ME CEPERE ARBITRVM me iudicem  
503 sibi esse uoluerunt. — 94 ITANE COMPARATAM ESSE HO-  
MINVM NATVRAM OMNIVM sensus hic est: satis miror, cur 5  
prudentius sapit Chremes. an ita natura hominum com-  
parata est, ut intentius uideant ea, quae aliena sunt, quam  
quae sunt sua? an hoc ideo fit, quia, dum nos in re  
nostra sumus, aut gaudio impedimur aut aegritudine ani-  
508 mum occupatum ad praeuidendas res adhibere non possu- 10  
mus? — 99 DISSOLVI ME OTIOSVS OPERAM VT TIBI DAREM  
cito reuertens ab eo, quo ierat, Chremes dicit se ex illo  
negotio solutum et amico operam traditurum.

## 2.

512 1 HAC ILLAC CIRCVMCVRSA INVENIENDVM EST TAMEN  
ARGENTVM INTENDENDA EST IN SENEM FALLACIA seruus 15  
<egreditur> argentum desiderans, quod dare meretrici pos-  
sit. tamen hoc quod loquitur non uidetur domino pree-  
senti esse suspectum: quoniam enim supra (III 1, 61 sqq.)  
dixerat seruum Syrum quasi in Menedemum dolos tendere,  
uti argentum meretrici per fallacias quaereretur, ideo 'in 20  
senem' generaliter dictum. denique hoc suspicatus Chremes,  
514 quasi in Menedemum ista fiant, dixit 3 NVM ME FE-  
FELLIT HOSCE ID STRVERE: fortasse ille Cliniae seruus  
tardus est, idcirco noster Syrus hanc prouinciam sumpsit,  
hoc est iussum officium suscepit, ut ipse quaerat argen- 25  
518 tum. — 7 TE DEMIROR CHREME TAM MANE QVI HERI TAN-  
TVM BIBERIS te ualde miror mane uigilare, qui heri tan-

1 uicino *post consilio codd.; fort. ditto gr.* || 3 habent ante  
de *P<sup>2</sup>VS* || 5 est hic *G* || 6 comparata *ante natura G* || 7 inten-  
tius *G*, indyus *P*, inclytus *VS*, melius *F*; citius *Schopen* || 8 no-  
stra re *G* || 10 ad praeuidendas *G*, ad prehendas ad respuendas  
*a*, ad respuendas *F* || 12 ierat] erat *Fα* || 14 INVENIENDVM — AR-  
GENTVM *post FALLACIA Gα* | tamen est *β* || 16 egreditur *add. W.*  
desiderat *F* || 19 seruum *Schopen*: -us *codd.* | in *om. FVS* || 22 quasi  
*Zeune*: quod si (si *om. F*) *codd.* | ita *α* || 23 id <in>struere *codd.*  
*praeter F* || 26 miror *VS* | TAM *F*, *om. rell.* | te — 27 biberis *om. G*

519/21 tum biberis. — 8 NIHIL NIMIS non multum. — 10 AQVI-  
LAE SENECTVS aiunt aquilam in senectute, quod ei rostri  
pars exterior uetustate et incremento curuata foramen in-  
cludat, ad cadauera accedere et sic sanguinem in potum  
sumere et quodammodo bibendo uiuere. hoc igitur ait 5  
seruus domino, quasi bibendo totum tempus hesterna cena  
523 egerit, 'uisa uero est quasi aquilae senectus'. — 12 ET  
QVIDEM HERCLE FORMA LVCVLENTA non solum commoda et  
524 faceta est mulier, sed et speciosa forma. — 13 ITA NON  
VT OLIM SED VTI NVNC SANE BONA hic intelligi datur, 10  
quod senex sciat eandem ante fuisse castam, ante pauperem,  
nunc uero meretricio more uiuentem. ideo adiecit seruus  
'non quemadmodum antea bona, sed uti nunc, <si non> sibi  
527 ipsa comparatur, sane bona'. — 16 AT QVASI IS NON DIVI-  
TIIS ABVNDET <inuident>iuum ex more inopiam male meren- 15  
529 tis adiecit 'quasi non diuitiis abundet'. — 18 QVID EGO  
NESCIAM HOMINEM PISTRINO DIGNVM ut facilius seruum do-  
minus incitare potuisset ad id, quod cupiebat, seruo adiu-  
torem eum esse ad tendendam in Menedemum fallaciam  
propter argentum, fingit se irasci seruo Cliniae: 'hominem' 20  
532 inquit 'pistrino dignum', cui iungitur 21 QVI PASSVS ID  
FIERI. — QVID FACERET callide seruus, tamquam ignoret  
quid fieri debuisset, a domino quaerit, ut maiorem suscipiat  
uoluntatem fallendi, qui <fallere> dominum suum hunc  
ipsum, cum ab eo fallaciae argumenta collegerit, cupiat. 25  
537 denique sibi hoc praeparans hoc postea dixit 26 LAVDAS  
QVI EROS FALLVNT. — IN LOCO EGO VERO LAVDO bene adiecit,  
ne perpetuam male faciendi licentiam seruis daret, 'in loco'.  
538 — 27 QVIPPE QVI MAGNARVM SAEPE ID REMEDIUM EST

1 NIMIS] minus *Fα* || 6 quasi] quod dici solet *G* || 9 est  
om. *F* || 11 castam fuisse *G* | antea 2. *G* | pauperem] *hic incipit*  
cod. *L* || 13 si non add. Goetz. || 14 compararet *L*, -paretur *F*,  
-pararetur *α* | qui si *codd.*; quid si *infra* || 15 inuidentium *W.*:  
cum *codd.* | merentis *FGα*, meritis *L* || 16 qui si *G* ||  
19 ad tend-] attend- *codd.* || 20 clinia *Lα* || 22 seruum *Lα* ||  
24 fallendi qui fallere *W.*: qui (om. *G*) fallendi *codd.* | suum  
om. *LF* | <atque> hunc *G* || 26 hoc om. *G* || 28 seruis *G*, -us  
rell. | daret <dixit> *codd.*

AEGRITVDINVM namque falli in tempore maximum saepe  
 541 remedium est, ut grauior aegritudo uidetur. — **30** <sup>162</sup> IOCON  
 AN SERIO ILLAEC DICAT NESCIO an consilio istaec dicat an  
 ioco an necessario, intelligere non possum: unum tantum-  
 modo intelligo, quod mihi ad hoc, quod disposui, cumulat  
 543 uoluntatem. — **32** ET NVNC QVID EXSPECTAT SYRE hic  
 iam, dum accusat adulescentis serum, hortatur suum do-  
 546 minus, quo ipse hos dolos tendat. denique adiecit **35** <sup>163</sup> AT  
 547 TE ADIVTARE OPORTET ADVLESCENTVLI CAVSA. — **36** FACILE  
 EQVIDEM FACERE POSSVM SI IVBES peritiam suam circa <sup>10</sup>  
 huiusmodi rem declarauit seruus, sed dixit metuere domini  
 uoluntatem et posse se facile facere, si ipse uoluerit im-  
 548/50 perare. — **37** CALLEO peritus et doctus sum. — **39** <sup>164</sup> AT  
 HEVS TV FACITO DVM EADEM HAEC MEMINERIS iam prae-  
 parat sibi dominum monetque, ut meminerit haec omnia,  
 si quando euenerint, sicuti humana sunt omnia, uti et filius  
 553 eius possit ista perficere. — **42** NON VSVS VENIET non hoc  
 554 continget neque fieri potest. — **43** NEQVE EO NVNC DICO  
 QVOD QVICQVAM ILLVM SENSERIM bene purgat id, quod  
 inmiserat suspicionis, ne uero iam credat adulescentem <sup>20</sup>  
 filium pater talia uel cogitare uel facere, dixitque se  
 serum ex suspicione ista metuere, quod eius aetas iam  
 talis eset, uti necessitas fuerit, ut Chremetem ita ducat  
 et tractet, quemadmodum nunc senex uidetur hortari. —  
 557 **46** DE ISTOC CVM VSUS VENERIT VIDEBIMVS si quid tale <sup>25</sup>  
 contigerit, tunc uidebimus, quid necessitas coget facere. —  
 560 **49** NEC CVM MALE FACEREM nisi cum me senex adhortatur.

1 falli in W.: fallunt *codd.* || 2 ut] ut ne *L*; ne *Lindenbr.*,  
*qui etiam* uideatur || 3 illa hec *codd.* | istaec *P'*, ista haec *P<sup>2</sup>VS*,  
 ista e- *L*, ista *F*, id *G* || 5 disposui *Lindenbr.*: -it *codd.* | cu-  
 mulat *om.* *L* | uoluntatem *βP* || 7 suum *L*, serum *rell.* || 11 se  
 dixit *LGP<sup>1</sup>* || 12 facile *om.* *L*, facere *om.* *rell.* || 14 si quando haec  
 omnia *L* || 20 suspicione *codd.*, corr. *W.* || 21 facere uel cogitare  
*Gα* | se *om.* *FG* || 23 eset *G*, *om.* *LF* | necesse *G* || 26 <et nunc  
 (ut nunc *G*)> contigerit (nunc contigerit post quid *L*) *codd.*;  
*varia lectio ad tune?* | quid *L*, quod *rell.* | coget *LP*, -it *rell.*

## 3.

562     1 QVID ISTVC QVAESO AVT QVIS ISTITC MOS EST CLITPHO haec scaena locum communem tenet in eum, qui hospitis sui amicam corrumpat: pater tamen non sic utitur tamquam communi, at ita respondet filius tamquam negans, ut magis conjecturae causa sit quam communis 5 locus. uerum patrem tamquam communem locum dicentem accipiamus et primo generaliter cum inuidia; deinde cum interrogatus esset, quidnam fecisset, ille continuo non  
 563 factum, sed uere factum protulit dicendo 2 VIDINE EGO, ut a probatione exordiretur et post hoc ostenderet 10 crimen, quod manum adulescens in sinum meretrici in-  
 564 serebat. — 3 ACTA HAEC RES EST PERII Syrus seruus credit senem inuenisse filium amare meretricem, quae res antea per dolum celabatur. ideo uehementer metuit. —  
 566 5 NAM ISTAE QVIDEM CONTUMELIAE SVNT supra quidem 15 'iniuria' dixerat, uerum adiecit 'contumeliae sunt'. est enim iniuria, cum quasi violentia aliquid in corpus efficitur, contumelia uero, cum praeter uiolationem corporis est et uiolatio opinionis. — 6 EIVS AMICAM SVB-  
 567 IGITARE hoc est crimen, quod supra posuit. 'subigitare' 20 autem ad perfectionem ipsam libidinis intelligimus. —  
 568 7 VEL HERI IN VINO QVAM INMODESTVS FVISTI hoc ex ante-  
 570 cedentibus argumentum colligens dixit. — 9 NOVI EGO AMANTIVM ANIMVM ADVERTVNT GRAVITER QVAE NON CENSEAS ita enim mos est amatoribus, ut ampliora suspicentur, quam 25  
 572 tu poteris suspicari. — 11 ESTO AT CERTE CONCEDAS HINC ALIQVO AB ORE EORVM ALIQVANTISPER hic mandat pater, ut discedat a domo filius: aliter enim negat fieri posse, ut impudentia adulescentis comprimi possit. dicit etenim

7 et *L*, hoc *rell*; ac? || 9 Audine *Lα* || 10 hoc *om. α* || 15 istaec quidem contumelia est *G* || 16 iniuriam dixit *G* contumelia est *FGPV*<sup>2</sup> | est enim *Lindenbr.*: etenim *codd.* || 17 cum quasi *Westerh.*: quasi (quosi *Lα*, si *G*) cum *codd.* || 18 uiolationū *Lα* || 20 posuit] possint *Lα* || 21 ad *om. V* || 25 item *VS* | ut *F*, *om. rell*. || 26 tua *α* | *HINC om. FG* || 28 posse fieri *G*, posse *F*

multa libidinem uelle eamque sub cuiuscumque praesentia se minus audere complere. — **13** EGO DE ME FACIO CONIECTVRAM hoc ita esse ex me suspicor; nam nemo est ex amicis, apud quem uniuersa uelim exponere atque narrare ea, quae occulta habeo: quippe aut in summa honestate amicus *est* et id, quodecumque cogito, eius dignitate deterreor ne indicem, aut ipsa certe res propter sui turpititudinem eam narrationem comprimit. hoc est, quod dicit **15** APVT *<ALIVM>* IPSIVS FACTI PVDET NE INEPTVS NE PROTERVVS VIDEAR ‘ineptus’ si ipsius facti pudet, ‘pro-<sup>10</sup>teruu’ si cum eo loquar, qui habet maximam dignitatem. — **19** HOMINIS FRVGI ET TEMPERANTIS FVNCTVS OFFICIVM ergo functus *es* officium frugi hominis et temperantis. — **23** VIN TV HOMINI STVLTO AVSCVLTARE MIHI quemadmodum in prouerbio est ‘mihi si uis stulto homini auscultare, <sup>15</sup> licet’, hoc est obaudire. — **29** AT TV TIBI ISTAS POSTHAC COMPRIMITO MANVS quoniam pater dixerat (*v. 2*) ‘uidi ego te manus modo meretrici huic in sinum inserere’, ideo seruus ait ‘istas ergo tibi comprimito manus’. — **30** CENSEN VERO QVID ILLVM PORRO CREDIS FACTVRVM CHREME <sup>20</sup> subblanditur domino per obsequium seruus, cum de adulescente quasi quandam metum habere se dicit: ‘uide iam’ inquit ‘qualis sit: qualem futurum putas, nisi eum, quantum facultatis tibi numina concedunt, seruas, mones atque castigas?’ — **32** ATQVI NVNC TIBI ERE ADSERVANDVS EST <sup>25</sup> bene praeiens tempus in metu ponit, ut ille sciat iam filium nescio quid moliri. — **33** NAM MIHI MINVS MINVSQVE OBTEMPERAT et hoc pulchre uidetur adiectum, quo, si qua in culpa inuentus fuerit filius, continuo iam uideatur seruus esse purgatus, quod eius imperium filius contemnat. —

1 cuiusque Lindenbr. || 3 esse *G*, est *rell.* || 4 ex *F*, *om.*  
*rell.* | amicorum *G* | uellē uniuersa *G* || 6 est *add.* *W.* || 7 certa  
*FGPS* || 9 *APVT*] aut *codd.* | *PVDET*] piget *F*, principium *rell.* ||  
 12 officio *GP<sup>1</sup>V<sup>1</sup>* || 13 officium *es* *G* || 16 post has *Lα* ||  
 21 per obliquum *G* || 23 nisi eum *F*, si eum sibi *rell.* || 24 tibi  
 facultatis *FGα* || 25 atque *L* || 28 qua Lindenbr.: quid (quod *G*)  
*codd.* || 29 iam *om.* *L*

- 598 37 VERVM ALIVD EX ALIO INCIDIT hoc uidetur obscurum quidnam sit, sed ex his quae consecuntur manifestum fiet: nam interrogatus a domino quid esset, respondit
- 599 38 PESSIMA HAEC EST MERETRIX. ita quod hic 'pessima est' de meretrice pronuntiatum est, supra (III 2, 10) contrarium dictum 'commoda et faceta haec est meretrix'. ergo iure dictum 'aliud ex alio incidit'. — IMMO SI SCIAS uidit dominum seruus quasi consensum commodasse, non
- 600 quo uerum iudicium de meretrice <sit>; ideo adiecit 39 VIDE QVOD INCEPTET FACINVS. — FVIT QVAEDAM ANVS CORINTHIA 10 hoc consilium dicit se seruus aduersus Menedemum sumpsisse, quo possit pecuniam ab eo exprimere, quae meretrici daretur. uerum hoc consilium in hoc prouenit, quod proposit uehementer Clitiphoni: namque fingit nunc Antiphilam, quae amica sit Cliniae, apud meretricem a quādam anu Corinthia arrabonis nomine collocatam, et nunc uelle ad Menedemum pergere, ut ab eo *illam* pecuniam accipiat, quae data sit pro puella, ut, si eandem redimeret, maxima inde lucra possit accipere. sed hoc displicet domino consilium, uerum prouenit ad euentum futurum; nam 20 cum cognita fuerit, quod filia sit Chremetis, iam fiet necessarium, ut meretrici hoc <a> sene Chremete debeat argutum. — 42 ARRABONI pignori scilicet.

## IV.

## 1.

- 614 1 NISI ME ANIMVS FALLIT HIC PROFECTO ANVLVS QVEM SVSPICOR IS QVICVM EXPOSITA EST GNATA haec scaena tenet 25

4 ita — 6 meretrix *om.* L | pessima est W.: -me *codd.* || 5 dictum contrariū <est> G || 9 sit *add.* W.; est (*ante de*) G || 10 quidem inceptat α || 12 quos Lα || 13 in hoc *om.* G || 15 ad (at L) quandam anum corinthia (-am F) *codd.* || 18 <acciperet uel> accipiat L || 20 euentum F, adu-rell. || 21 cognitum Schopen, at cf. p. 190, 15 || 22 uti F'Gα | a sene W.: sine *codd.* || 23 pignori scilicet W.: pignoris *codd.* || 25 gnata <nisi me animus fallit> Lα